



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Martini Martinii Tridentini E Societate Jesu Sinicae  
Historiae Decas Prima**

**Martini, Martino**

**Monachii, 1658**

Vigesimustertius Imperator Linsinus. Imperavit annis VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11848**

donec tandem ad justitiam causæ respexit victoria. Victum regulum ad se venire jussit Imperator; optimisque præceptis traductum in me- lius, in integrum restituit; bello ac pace victor, sed majore in ista, quam illo gloriâ,

## VIGESIMUS PRIMUS IMPERATOR.

## ZUKE NGU S.

Imperavit annis VII.

*Cyclo 24. anno  
53 ante Christum 1265.*

**I**Ta tranquillatum à patre imperium ZUKE NGU S per manus accepit, tenuitque, licet paternæ felicitati, ut & virtuti longè impar. Nec aliud de eo, quod addam, habeo.

## VIGESIMUS SECUNDUS IMPERATOR

## ZUKIA U S.

Imperavit annis XXXIII.

*Cyclo 24. anno  
6. ante Christum 1258.*

**H**ic ZUKE NGU S frater fuit, & ab hoc & à patre multò magis degener, superbiā, quâ præ se despiciebat omnes; tum libidine vagâ & inconstanti, ut cum Sinis loquar, insignis. Quibus maximè vitijs istius familie robur concussit, ad imperij reliquias penitus subruendas relicto filio, patrem malis artibus non æquante solùm, sed etiam superante.

## VIGESIMUS TERTIUS IMPERATOR

## LINSIN U S.

Imperavit annis VI.

*Cyclo 25. anno  
53 ante Christum 1235.*

**E**O enim mortuo, ut voluptatibus se dederet impensius, imperij negotia præfectorum commisit arbitrio, nihil penisi habens, quic-

quicquid agerent. Nec mirum. Ipse quid ageret, ignorabat libidinis mancipium; à quā ita captus erat, ut in ætatis flore nimia venere sibi mortem acceleraret. Sine prole decessit, imperio ad fratrem devolutus.

## VIGESIMUS QUARTUS IMPERATOR KENG TING U.

Imperavit annis XXI.

**P**enes hunc potestas unum & viginti annos fuit. Quomodo eam Cyclo 25. anno  
39. ante Christum  
sum 1219. habuerit, aut quid egerit, nil proditum invenio.

## VIGESIMUS QUINTUS IMPERATOR. U Y E U S.

Imperavit annis IV.

**V**UREUS KENG TING filius, homo scelestissimus & sacrilegus idolatriam invehere voluit, & homines, ut numen, adorari. Fortè hominem quendam ignotum perinde ac vanum obviām habuit; à quo nescio quibus præstigijs delusus, ab omnibus eum velut deum sive spiritum haberi jubet, varijs artibus ad gloriam ei conciliandam usus. Inter alias hac etiam indoctæ multitudini imposuit. Homines aliquot ei convivere jussit, ac de re magicâ exquisitis rationibus cum eo certare, ut illius officijs victi & divinum aliquid in homine suspiciens, nomen ipsius ubique celebrarent. At saepe r̄sum potius præstigiator quam laudem tulit. Quippe non modò nihil divinum, sed nec mediocris in eo sagacitas erat. Identidem igitur à vero deerrans & vinctus ipse, Imperatori stomachum movit, tam longe à destinatione suâ se lapsum frementi. Nec diu factum; quā levitate hominem deum putārat, cādem abjectum, & probris omnibus maledictisque vexatum interfecit. Iram deinde in cālum vertit, Cālum sagittis  
in penitum. ut à deo suo aversum, sagittis ipsum petens. Atque ut sauciâsse crederetur spiritus cælestes, saccos tres penetrabiles rubro liquore plenos suspen-